

W 211
a

76
Zaw

Schnaase pjan Lijf-Bibliotek

~~3~~ Danzig

23634 //

Hist. 327 g.

K: B.
n° 103

021. d. Schriften, in den die Wahl Stanislaus II. und Augustus III. zusammen!

1. Accurate Nachricht von der Russisch n. sächsischen Belager- n. Bombardirung der Stadt Danzig. Colu 1735
[autory: Georg Daniel Leyler i Peter Georg Schultz]
2. Aufrechtige Erzählung wie es mit der Wahl Stanislaus Lesserzyński und Frederici Augusti eingegangen. [1735]
3. Pacta conventa zwischen ... Stanislaw I ... und den Stau- den der Republique Polen - Danzig 1733
4. [Stanislaus Lesserzyński, Polonae Rex] Lettre du Roy -- à un de ses amis, contenant les veritables circonstances de sa retraite de Danzig. 1734.
5. Brief eines Pastors, in welchem die Schrift ... Respons Antonij, mi do swonego Przyjacela w Gdansku beigegeben widerlegt. [1735]
6. Der andere Brief eines Pastors, in welchem die Schrift ... Responso na manfest Kogzcia Imi Pymasa ... widerlegt wird [1735]
7. Sendschreiben eines Polnischen von Abel an einen ... Freund v. d. a. 1733 ... Rgl. Polnischen Wahl ... [1735]
8. Einmuthiger Schluss ... welchen die ... aus dem Senatorn- und Ritter-Stande zur Seite geordnete ... Rathe am 10 Febr. 1734 in Danzig beliebt haben. [1735]


9. Confocderation der Samsoniirschen Woyewodschaft,
vor die Vertheilung des cathol. Glaubens, der freyen
Wahl n. der kgl. Würde Stanislai I. -- [1735]
10. Sentiment der polnischen Nation ... dem russ.
u. cosack. Geschlechte zur Oberlegung communicaret. [1735]
11. Fides indubitata omnium ordinum Regni ad kannon-
nam probata. Electionem ... Electoris Saxoniae ...
factam. [1735]
12. Fides indubitata contra fidem ad kannoniam ... in
licentiam elect. Sax. pro Rege Pol. seductionem post
religiosam Stanislai I. --- proclamationem ... [1735]
13. De prospera Regis Poloniae a. 1733 electione Egmtis
Poloni ad auxium confidenter epistola ... [1735]
14. Copia litterarum cuiusdam Egmtis Poloni ad ... Electo-
rem Saxoniae ... [1735]
15. Apologia malitiosa vexati honoris Primatis Regni
-- per literas Principis Eugenii ad Vesirium ... [1735]
16. Rede der Deputirten der Stadt Danzig ... an J. Rus,
srche Kays. M. ... Danzig 1734.


- 17. Bewegungs-Grunde der Rgl. Entschlussungen oder gründliches Verzeichniß der Ursachen welche S. K. M. von Brueck, reich zu den Waffen zu greissen bewegen --- [1735]
 - 18. [Stanislaus I Leszczyński, Poloniae Rex] Der wahre Glück- und Unglücks-Spiegel des Königes --- [1734]
 - 19. Kurze Relation von der Krohnung Stanislai I ... und dessen Gemahlin ... in Warschau ... am 4 Oct. 1705.-1733.
 - 20. Die innigste Freude der Stadt Danzig und deren Einwohner über die hohe Gegenwart Stanislai I ... Danzig 1733.
 - 21. An dem hohen Geburts-Dicht Stanislai I ... durch einen Prologus ... sich präsentieren ... anwesende Frau, se hochdeutscher Comedianten --- [1733]
 - 22. Copia der Kriegs-Declaration des Königs von Brueck, reich wider den Kayser von 10. Oct. 1733. --- 1733.
 - 23. Engelcke Jakob, Das auf der Goetter-Assembly wohl-ausgesprochene Lob- und Ehren-Urtheil über die Kauf- und Handels-Männer ... in Danzig. Danzig 1734
 - 24. Lenormich Gottfrid, Augusti Optimi Regis Poloniae ... d. 1. Febr. Saluti publicae crepti memoriam Urbis

Senatus d. 5. Mart. --- oratione celebrare
iunxit --- [1733]

25. Leopoldus Gottfried, Augusti II Regis Polonae ...
in vulgentiam Senatus iussu oratione celebravit ...
Gedani [1733].

1. Bischofliche Fronleichnung vor dem Hr. des Kastell Stanisl. d. Frid. August gegenwärig!
2. Pack Conventa regis Stanisl. anno, in einem Schloss in Lettland. Domini.
3. Descriptione Stanislai d. den bließenden jährigen Reisebade auf Danzig.
4. Junius Briefe nimmt Pfaffen nicht ein derzeit nicht Abonyhi.
5. Mandatsschreiben d. Stanisl. 1733 Regis Stanisl. Domini.
6. Finnius Regis Stanisl. Consilij in Danzig ab 1739 geschrieben.
7. Sendomiria Confederatione nos Stanislao.
8. Eustachius - - - Scritto in einer Kasse d. Cosacem übergeben.
9. Fides indubitate omnium Ordinum Regni ad famionam probata.
10. Fides indubitate contra fidem ad famionam.
11. Epistola Egitii Polonie de electione prospera Stanislai d.
12. Apologia vexati honoris Celsissimi principis Stanislatis Poloniae.
13. Rerum in Deputatione d. Stanisl. Danzig auf ein Russisch Chrysostom.
14. Evangelicus Stanisl. ist königl. d. Brandenburgi sic und Hofamt.
15. Dom. regis Stanisl. d. Regal des königl Stanislai.
16. Kurz u. Relation d. des reges Stanislai von dia d. 705 Bellussoy.
17. Die familiu Danzig über ein Regimento Stanislai d.
18. Prologus der Comediarien von den Regenfallen Stanislai.
19. Das ist u. gern - Elegie des hohen Mannes d. Regal Regis Stanislai.
20. Ein Regenfall d. Stanisl. am 1. im folgenden Danziger. Dieser ist im Regenfall zu finden.
21. Augusti M. Indulgentia Oratione celebrata.
22. Regis Declaration ist königl. von Stanisl. 1739 geschrieben.
NB. die Nam? 22 muss im Buch fallen festigen nach 10 d. 1739 geschrieben.







FIDES INDUBITATA

9.
11

Omnium Ordinum Regni

Ad Kamionam

P R O B A T A. *

Electionem Serenissimi Principis Poloniæ,
& Electoris Saxoniæ,

Ab inclytis Regni Poloniæ, & M. D. Lithvaniæ Ordinibus,
Ad mentem totius Reipublicæ

F A C T A M.

Anno Dni 1733. die 5. Mensis Octobris.



Neminem verè Patriæ & Libertatis amantem latere arbitror Electionem Serenissimi Principis Regii, & Electoris Saxoniæ, in Regem Poloniarum, præmeditato consilio, ac deliberatâ libertate, juxta legum præscripta, à confœderata Republica, factam & perfectam esse. Qvinimò & Confoederationi Varsaviensi, tanquam basi & fundamento rei innixam, ex infra dicendis patebit. Atqve ideo, retroactos sacerdorum annales, centuriata Volumina legum volvere & revolvere, opera pretium non est. In vos tantummodo manum verto, qvibus placuit legem ferre, non observare. Qvos aureō vinculō, verior Hercules Gallicanus, ad sua traxit vota, non Confoederatio. Nos inquam fædere Varsaviensi ac nostro illigati, in plena libertate constituti, juxta ordinationem Reipublicæ, liberis votis, ac

)

Su-

* Kamiona Campus Electoralis Ser. AUGUSTI III. Prague, vi annotationis Nomini significat Lapidem seu Petram.

[Gidam]

Superis suffragantibus, nemine contradicente, omnibus applaudentibus, Regem elegimus & nominavimus Serenissimum Augustum III. Qvod ut verius pateat, per articulos, ad id specialiter ab inelytis Republicæ Ordinibus, Varlaviæ sanctos, responsivè probabitur.

imo. art. 10. fol. 2. *Pro firmamento & perennaturo in posteritatem fundamento publicznego szczęścia zakładamy sobie, y przy tey Generalney Konfederacyi poprzysię żoney fide, Honore, & conscientiis obowiązujemy się: że przyszłego Krola Jnisi Pana naszego, Prawdziwego natione Polaka, y Rzymskiego Katolika obierzemy &c.*

Pro firmamento, & perennaturo in posteritatem fundamento publicznej felicitatis pollicemur ad invicem, ac Generali hac Confederatione, sub fide, Honore, & Conscientiis jurata, obstringimus nos, futurum Regem Dominum nostrum, verum natione Polonum, & Rno-Catholicum, electuros fore &c.

Anteqvam respondeam ad hunc articulum, & sequentes, notandum est, omnem (si haec tenus aliquis fuit) sublatum esse scrupulum per resolutionem Romanam Theologorum, à Sanctissimo Domino nostro Papa Clemente XII. deputatorum, super nullitate & invaliditate Juramenti, ut potè in præjudicium tertii facti, vi & metu in virum constantem cadente, extorti. * Itaque præcisò juramento.

R. Duo hæc: *Natione Polonum, & Rno-Catholicum*, in præsenti art. tanquam cardinalia: certissima reperiri, ac verissima esse in Serenissimo Augusto III: jam diudum scula probartunt, in Serenissimo olim Rege Augusto II, Parente suo desideratissimo: ac insuper ad casum præsentem, per duodenos rivulos, Serenissimum Neo-Electum in venas Regio-lagiellonicas, influere testantur in Schemate Genealogico recenter edito. ** Unde non ero colligendis ad respondendum

* Vide de hoc resolutio: Rom:

** Vide schema Genealogicum, Propositionibus Ser. Neo-Electi, adiectione.

dum rationibus longior, cūm compertum sit, Serenissimum AUGUSTUM III. per vetustissimam, in Polonia lineam Regio, Jagiellonicam non esse degenerem à Piaſto. Religionem verò in Principe Rno-Catholicam, Phænicem ſæculi, ſeptemtrio noster, & rari pretii in Corona, pietatis gemmam veneratur. Nec obeft qvidpiam Ejus Electioni, qvod indebitè in Conſoſeratione apponitur; ex utrisque Parentibus Orthodoxæ Fidei. Novum enim hoc inventum, libertati injuriosum; nec viſum priùs, nec auditum unquam, minimè repugnat legi communi & Cardinali Reipublicæ: *REX Catholicus eſta.* Non enim Republica ſollicita eſt de fide Parentum, ſed Regum ſuorum, inter qvos jam probè nōſtis in Serenifimo AUGUSTO II, ſidem indubitatem ac infallibilem: qvam dietim propriis meritis Virtutibnsque auget & adorat, Serenifimus AUGUSTUS III. Nec benē ſonat, qvod dicitur: *Rex futurus eligendus, qui nulla dominia & exercitum extra Regnum habcat.* Ignoscite (ut verum fatear) vos in hoc puncto aut deliqviſſe, aut certè publico privatum prætuliffe bonum.

Rex etenim, qvicunqve ille fit, Poloniæ, per pacta conventa, ſacrosanctō ſe obſtrigit vinculo: qvod Regni limites extendet, avulſa recuperabit &c. ad qvod certè milite opus eſt, non miraculō. Ces ſabit inopia, qva hucusque laboramus, & cum ignomina Nominis Chriftiani, cogimur recurrere ad Paganos, | Turcas, & Tartaros auxiliares. Nec aliena mendicabimus arma, ſi propria habebimus, quæ Serenifimus Electus, in caſu neceſſitatis, ad vota & tenorū deſiderii Reipublicæ, ſine gravamine ſuppeditare declarat. *

2do. art. 12. fol. 3. *Tudzieſz przy wolney Krołow y Panow naſzych Elekcyi, ſubſtancye, y zdrowia naſze ložyć, przez te Konfederacya naſze przyrzekamy ſobie.* Itaq; pro libera Regum & Dominorum Noſtrorum Electione, vitam & ſubtantiam noſtram consecrare, hac Conſoſeratione pollicemur ad invicem.

Resp. Quis non ingenuè fatebitur? vos Togatos Reipublicæ Patres, legum vindices acerrimi, & liberæ vocis arbitrii observantissimi, fortunam & Substantiam Vestram, integratæ Patriæ consecrâsse? flocci pendit totum: purpuram appretiâstis sangvine, vitâ libertatem, & ne quidquam liberæ Electioni detraheretur, odistis Wolam + ubi nullum velle fuit, ubi non libera suffragia, sed vox refragaria Regem proclamavit insolenter. Contra quem publico ore protestati, plus ultra fiximus metam Consiliorum nostrorum, ne liberum in nobis suffocaretur veto, & simul caderet cum vita libertas.

3tio. art. 14. fol. 3. A inaczey na żadnego Pana niemamy pozwolić, jedno Ktoregobymy przez wolne suffragia, nemine contradicente zgodnie obrali.

Nec alias ullum permissti sumus Dominum, nisi quem per libera suffragia, nemine contradicente concorditer elegerimus.

Resp. Illi inquam, Viri Sapientes verè Patres Patriæ, pro tuendo libero veto, diu noctuque studiis indefessi, ne præjudicium fieret legum. Ne prius ullus Rex nominaretur, nisi in quem liberæ quiescerent voces, non impositæ. Docuistis contra imperitorum opinionem: unum non sufficere ad pervertendas omnium mentes, sed quod Universi ad reprimendam unius pertinaciam sufficient? probastis ad Kamionam.

4to. art. 15. fol. 3. seriō cavetur, ne Celsissimus Princeps Primas ad nominationem acceleret, ante trinam interrogationem factam de consensu omnium.

J niewprzod J. O. Xiqże Jmśc Primas do nominacyi przyjazpi, aż pierwey po trzykroć spyta, ieżeli iest wszystkich consensu.

Resp.

† Sic vocatur Campus Eleboralis ad Varsaviam, quod ex annotatione nominis significat Voluntatem,

Resp. Veneror hoc loco in profundissima Veneratione *Illustriſſimum Excellentissimum ac Reverendissimum Dominum Episcopum Posnaniensem*, verè Libertatis Statorem. Qui ordine & votō fraternō, in absentia *Illustriſſimi ac Reverendissimi Domini Episcopi Kujaviensis*, Primali functus Dignitate, ad amissim legum & exemplum aliorum, præmisā, de liberrimo sensu & consensu omnium ordinum, trinā interrogatione, nemine contradicente, Regem Serenissimum AUGUSTUM III. Poloniarum nominavit, omnibus applaudentibus. Et paulò post additur in eodem art. *A ieželiby kto bądź z Rad tak Duchownych iako y Świeckich, albo Urzędników Koronnych y W. X. Litt.* & ex privatis personis, ważył się nominować sine unanimi consensu omnium ordinum, tedy Każdego takiego pro hoste Patriæ mieć chcemy.

Et si quis tam ex Spiritualibus quam sacerdularibus Senatoribus, sive Officialibus Regni & M. D. Litv. & ex privatis personis, auderet nominare sine unanimi consensu omnium ordinum, tunc quivis talis pro hoste Patriæ habendus est.

Resp. Cum ex hactenus dictis, sat clarè omnibus pateat, nos amore, zelô, & fraterno unitos nexu, in unione animorum, & unanimi consensu omnium ordinum, Regem elegisse & nominâsse, non nos hæc lcx afficit concordes, sed scissoſ & avulſoſ Fratres à Republica benè sentiente. Quorum proinde interest recta sapere & intelligere, ut benè agant.

5to. art. 18. fol. 4. *Na Każdego gwałtownika Praw y wolności naszych tak dawnych (Ktore wszyskie reassumuiemy) iako y na terazniejszej naszej Konfederacyi postanowionych, wzyjscy powstaniemy, y poki zdrowia, substancyi, y krwie naszej stanie, oponować się będądzieemy.*

Contra quemvis violatorem legum & libertatum nostrarum, tam antiquarum (quas omnes reassumimus) quam & in præsenti nostra

Confœderatione fancitarum , insurgemus , & opponemus nos , quo-
usque vita , substantia & sanguis nobis non deficiet.

Resp. Hinc Gloriæ vestræ Patres conscripti ac ordines incliti Reipu-
blicæ Confœderatæ , fæculorum manebit fama , quod contra violato-
res legum , libertatis Defensores extitistis , quòd periclitantis Patriæ
tutamini , & ejus curæ ita studiistis ; ut mortem cum libertate con-
junctam adamaretis : odioque vitam cum servitute haberetis. In id
unice omnem operam ac industriam vestram impendistis , ut contra
quosvis liberi veto oppressores , libertatis jura propugnaretis illæsa.

6to. art. 23. fol. 5. a ta Elekcyja trwać ma iako naykrocey , y ie-
żeliſę przedzey nie skonczy , tedy żadnq miarq niema excedere czasu
Seymom ordinarynym naznaczonego , to iest sześciu Niedziel.

Et hæc Electio duratura est quàm brevissimè , nec ullatenus exce-
dere debet terminum , alias comitiis ordinariis solitum , nimirum sex
septimanarum.

Resp. Ad id verificandum , nec Geometris nec Arithmeticis opus
est , constat enim id ex 5ta Octobris sacrosanctè in termino sex fe-
ptimanarum , ab omnibus Ordinib⁹ Regni , præfixo , auspice Nu-
mine feliciter peractum esse.

7mo. art. 27. fol. 6. miejsce Elekcyi Zwyczayne między Warsza-
wą y Wolą &c. Locum alias Electioni solitum , inter Varsaviam &
Volam assignamus &c.

Resp. Quod in tempore (ut præcedenti articulo dictum est) ad lo-
cum alias Electioni Regum Poloniarum solitum , non pervenerimus ?
vestrā culpā hæc acciderunt non nostrā. Est Vistula testis , sunt idem
& tormenta bellica , quibus libertatem vulnerâstis , non tamen occi-
distis. Quam violentā manu à Wola malæ voluntatis , ad liberioris
aurę Kamionam + repulisti. Ubi DEO sic statuente , fatisque id de-
cernentibus , veluti ad Lydium lapidem , morum integratatem , for-
titu-

† Vide concordantiam folii primi.

titudinis constantiam , ac animi robur in Principe probavimus omnes : Hunc dignum esse Regem *Antemuralis Christianitatis* , quem DEUS ab æterno elegit , & præelegit virum fortē & Saxeum , Serenissimum AUGUSTUM III. Quod felix faustumque sit.

Hoc positō : recolligite in compendio dicta : in verbis veritatem, in opere colligit fidem ; quā hactenus ex Generali Confœderatione Varsaviensi probatum manet : Electionem Serenissimi AUGUSTI III. legibus antiquioribus & novellis Reipublicæ conformem, ad tenorem omnium Ordinum Regni (à quo nec pedem excessimus) liberis suffragiis , nemine contradicente , in tempore & loco , (ob dicta art. 27. n. 7.) debito & practicato : nullis obnoxiam novitatibus , antiquā formā & praxi Reipublicæ ; factam & peractam esse , *Moribus antiquis res stat Romana , Viriq.*.

Contra verò , actum fuisse de nobis & Libertate nostra , ni dexter Dei Digitus , naufragantem inter Scyllam & Charibdim Civium animalium , aliter direxisset Rempublicam . Qvam turbida ingenia , confilia violenta eō impulerunt , unde eversionem status , Respublica jaçtaram , nonnisi sperare potuit , nisi providis vobis Amiralibus , sub perito Regni Navarcho , ad Promontorium bonæ spei proiecta fuisse ! O ! res mira & scandali plena , ubi rationi voluntas , violentia , vero opponitur . Ubi sub simulata libertate , pro ratione agendi , mandatum imponitur liberæ Genti , hunc non aliud &c.

Nec valet , si dicas : hanc Electionem non fuisse ad mentem Reipublicæ , ideo ; qvia Aſſeclæ Stanislai illi non interfuerunt . &c

Resp. Imo : nihil horum absentia , Electioni Serenissimi Neo-Electi , præjudicat , utpote muta simulacra loqui nescia , ut constat ex Art. 20. fol. 4. *Wzywajc do niey wszystkich stanow Rzeczypospolitey (exceptis jure vieti)* Et qvoniā per art. 15. n. 4. ostensum est ; omnes , qvi sine unanimi consensu omnium ordinum nominarunt Stanislaum , hostes Patriæ esse , ideo ipso factō , jure hostilitatis sunt victi , ac per conseqvens incapaces votandi pro Rege .

Resp. Qvando in Confœderatione prohibetur , Regem nominare
sine


sine unanimi consensu omnium, intelligendum est de consensu o-
mnium praesentium, non absentium, qui ubique voce carent, Ergo
minime absentia Stanislitarum irritat consensum omnium nostrum.


Quamobrem, cum tempus habetis, operamini salutem cum illis,
qvorum gravitatem, constantiam, fidem præstantem, in Republica
tuenda curam atque prudentiam, omnium mortalium fama celebra-
bit. Desistite ab hostilitate, quam incurritis per nominationem,
Stanislai, & accedite nobis ad unionem, & amicitiam frater-
nam. Recedite à malo, & convertimini ad Dominum; qui ex innata
sua clementia, primo clementior ævo, * plenariam vobis indulget ve-
niām. Ea etenim est Principum maxima, parcere subjectis & debellare
superbos. ** Reddite ei vitam, à qvo salus nostra pendet. Cui si
in tempore denegabis homagium, actum erit de nobis, actum & de
vobis: pro qvibus, substantia nostra pænam luere debet, sine pecca-
to. Ite in adorationem & recognitionem Supremi Dominii Serenis-
simi AUGUSTI III. Atque ad communem hodie nobiscum,
post jurata Pactorum Conventorum sponsalia, pergit latitiam, festi-
vis vocibus unā nobiscum intonando:

VIVAT AUGUSTUS III. DEI Gratia Rex Poloniæ & M. D. L.

* Claud:

** Virg:





Biblioteka Jagiellońska



stdr0024483

